RICHARDUS DE SANCTO VICTORE

Regensburg, Ende 12. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25976
Copyright: Admont, Benediktinerstift

venari dei potentiam, dei sapientiam, dei
misericordiam; et certus sis, quia quanto plus lauda
veris, tanto ardentius amabis. Nec te
ergo pigeat divinam gratiam multum lau
dare, ut multum ames; multum amare
ut multum desideres. Quanto enim vehementius
desideraveris, tanto citius obtinebis quod
multum concupiscis. Ama quod prius con
temnebas, contempne quod prius amabas,
et securus sis, quia conversus est Iordanis.
Qualis, quaeso, ista est conversio Iordanis? quam
mirabilis, quam laudabilis: totum impe
tum amoris, totam inundationem dilec
tionis, totam affluentiam delectationis
magna cum festinatione non deorsum [currere]
sed sursum; querere quae sursum sunt, non quae super terram;
ita ut vacare et confiteri possis, quia Iorda
nis conversus est retrorsum. Haec causa, ut arbitror, ex
titit, cur prophetam fieri iudeum nec pi
guit nec puduit, eo quod verax et ag
noverit quia bonum est confiteri Domino et psallere nomini
tuo, altissime. Inde est illa firma profes
sio et devota promissio: Confitebor Domino
nimis in ore meo, et in medio multorum laudabo eum. Nonne
iudeum se esse voluit cum dixit: Lauda
anima mea Dominum. Nonne aquam Iorda
nis deorsum fluere prohibuit, cum animam
suam blanda allocutione ammonuit:
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor
illi, salutare vultus mei et Deus meus. Nonne
Iordanis fluenta convertere desideravit, cum
ait: Convertere anima mea in requiem tuam, quia
Dominus benefecit tibi. Miror si haec audies
et ipse non ambis fieri iudeus et confi
teri Domino quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius; et
inveniaris dignus cui dignetur Dominus

ostendere tam grande miraculum, ut
cum propheta psallere possis: quia Iordanis conversus est.

Quod prima promotio ītu se reti-
uis sit in contemptu mundi.

SED hoc illud quaeso te scias, ut cum
fueris iudeus, non efficiaris partim et
hebreus. Profecto videntur ipsi hebrei qui et iu
dei, licet ex alio iudei et ex alio he
brei. Nam confessio, ut dictum est, iudeum,
et transitus facit hebreum. Denique et tu
ipse si in egypto es, transi, et fecisti quan
dam bone spei hebreum, et videbis in
fuga maris magnum illud et stupen
dum miraculum. Sed si ipsum et desertum
transire volueris, videbis adhuc ma
iora his in conversione Iordanis. Primus
ergo transitus est de egypto, secundus de deserto;
primo transi de mundo ad te ipsum, secundo
de te ipso in deum. Mundum amasti:
mundum despice et transi; desere castra
seculi et age curam tui, et incipis esse cul
tor heremi. Rediens de egypti tenebris,
de erroribus mundanis ad secretiora cor
dis, non aliud invenies nisi locum horroris
et vaste solitudinis. Haec est enim terra illa deser
ta, invia et inaquosa: conscientia videlicet
diu neglecta, omnino inculta, spi
nis et tribulis obsita, et omni horrore
plena. Oportet ergo te egyptum dese
rere et huiusmodi heremum petere, si cupis
fugam maris oculis tuis aspicere; sic et
David elongavit fugiens et mansit in solitudine.
Imple prevaricator quod prevaricato
ribus dicitur: Redite prevaricatores ad cor,
et factus est transitus primus; et deinceps rec
te appellaris hebreus.